

35

I. N. D.  
DISSERTATIO ACADEMICA,  
INDICIA  
**MINERALOGIÆ**  
**IN FENNIA**  
**SUB GENTILISMO**  
DELINEANS,  
QUAM  
*Consens. Ampliss. Philos. Ordine in Reg. ad Auram Acad.*  
PRÆSIDE  
VIRO AMPLISSIMO ATQUE CELEBERRIMO  
**D<sub>N</sub>. PETRO ADRIANO**  
**G A D D,**

DIRECT. Oeconom. Reg. Chem. PROFESS. Ord.  
Reg. Acad. Scient. MEMBR.

Nec non Facult. Philos. h. t. DECANO.

Ad diem III. Junii Ann. MDCCCLXVII. in Audit. Sup.  
*H. A. M. S.*

*Publicæ disquisitioni modeste submittit*  
**CAROLUS ROBERTUS GIERS,**  
*SATACUNDA - FENNO.*

---


ABOÆ  
Impressit JOH. CHRISTOPH. FRENCKELL,

Hårad: Bokhållaren  
Adel och Högakad  
**Herr OTTO JOHAN  
GIERS,**  
Min Suldaste GÄDER.

Den dag, hvors obje jag i många tider önskat och med möda fölt mig tilvinna, har nu uppnutit, då jag omfider får framte detta mitt första Academiska arbete, och derjämte betyga min wördnadsfulla tacksamhet och hjertliga erlänsla för Min Silda FÅRS ömma omvärdnad för mig och min wälfärd. Min Silda FÅR I lären latt erindra Eder, at I är den somma, som medelst Edart kärliga och mognna råd lemnat mig en billig anledning, at tråda på den väg som leder til dygd och åra. Dels utom hafven I alt ifrån min svädaste barndom genom kraftiga och kärliga förmaningar osörtrutit bemiddlat Eder at inplanta hos mig Gudsfruktan, kärlek för wishet och wördnad för dygd, hvilka altid ej allenast göra sina älskare här i tiden lyckliga utan ock för Gudi behageliga. Eder ömhet Min Wärdaste FÄDER at göra min lefnad säll och min wantring lycklig, har varit så stor, at jag den hwarlen kan eller bjuder til at här offslödra, mycket mindre kan den somma tillfyllest någonfin astfina. Himmelens GUD ersätte rundeligen den kostnad Mine Käre Sunde Föräldrar til befrämjande af min wälfärd använt, och Edor kärlek uppfyller alt det, hvaruti mina krafter vid mina skyldigheters fullgörande brevia. Uptagen Mine Kära Föräldrar detta mitt första Lärdoms-prof, som jag nu har åran Eder tilägna, såsom en liten frukt af Edor osparda omkomstnad och til et osbränderligt wedermåle af min beständiga barnsliga wördnad och tilgivrohet. Allmagten göre för dfrigt Mine Silda Föräldrars af mycket besvär, oro och bekymmer utmattade sinnen, glädjefulla och lätta, samt Deras ålderdoms dagar glada, många och sälla, och förvandle sluteligen Deras jordiska wandel, uti en frögdefull ewighet. Detta är dens innerliga suckan och trogna bön, som til döden med kärlig wördnad framhärdar

Min Suldaste GÄDER

Ödmjuk-lodigste Son  
CARL ROBERT GIERS.



D. D.

§. I.

Septentrionem nostrum, nonnulli exterorum traducunt quidem tanquam cimmeriis obvolutum tenebris, horridum & sterilem, existimantes terras nostras perpetuo velut gelu torpidas, ad res naturales, praesertim illas, quas usus & cultus commendat, edendas, alienandas, maturandasque minus esse idoneas. Sed falluntur, modo subterraneas terræ nostræ oculis usurpent dixitias. Obstupescunt credo, ad unionum præstantissimarum, quæ e fluminibus nostris eruuntur conspectum, argenti item æris, plumbi, ferri, aliorumque metallorum, immo lapidum & terrarum varietatem, quæ nostrorum producunt montium viscera, & quæ in fundo regionum nostrarum inveniuntur.

A

Ter-

*Fenniam nostram quod attinet, fatemur quidem, illam haec tenus non adeo multa aut magna horum thesaurorum dedisse indicia; hoc tamen non tam novocanti naturae quam aliis causis adscribendum esse ducimus. Pauciores hec fuerunt harum rerum peri-  
ti, quam ut omnes vastae adeo regionis recessus ri-  
mari, & pertinaciam plebis in his occultandis supera-  
re potuerint. Antiquiora etjam in his locis indicia  
& opera metallica, vel paupertate, vel diffidentia pos-  
sessorum, vel hostium incursionibus, vel aliis de caus-  
sis ita fuere oblivioni tradita, ut paucissimorum su-  
persint aliqua vestigia. Præterea, illam scientiarum  
novimus esse vicissitudinem, ut ex altera in alteram  
demigrando regionem, non sedem modo mutaverint,  
verum etjam aliam atque aliam subinde formam in-  
duerint & speciem, quæ diversis seculis, scientiis jam  
latriorem parcioremve conciliavit cultum & honorem.  
Quæ & qualia fuerint sub gentilismo & adhuc super-  
sint vestigia cognitionis & studii mineralogici in hoc-  
ce nostro magno Ducatu Finlandiae, patria mea dul-  
cissima, hæc rudi penicillo delineare jam animus est.  
In antecessum vero Temet candide Lector enixe ro-  
gatum habeo, velis innoxios hosce conatus æqui bo-  
nique consulere, illosque mitiori perstringere censura,  
& quidquid hec deficit, favore tuo supplere.*

## §. II.

*Quo primum tempore in Fennia inventa sint  
metalla, & num ab antiquissimis temporibus studium  
mine-*

mineralogiæ suos heic repeatat natales, id tacentibus annalibus perquam arduum est asserere. Majores tamen nostros sub ipso gentilismo vitam degentes aliqualem habuisse mineralogiæ cognitionem, variæ svalent rationes, ut credamus. Si ad communem prisci ævi & præcipue Scyticæ gentis vivendi rationem respiciamus. Fatemur quidem incolas Fenniæ, præstrem piscatura & venatione a) vitæ necessaria sibi acquisivisse, sed neque his negotiis rite perfungi potuerunt absque metallis. Ad sagittas enim suas & hastas accommodata, ursis occidendis cæterisque bestiis, ferro opus habebant, pariterque ac arboribus in sylvis cædendis, qui illis impedimento erant; ut hoc egræ illustrat sequens vetustum carmen mythologico runico Fennicum.

## N:o I.

Tulda Issi Ilmatinnen,  
Ahlion asetun awaran/  
Tässäpa wanha Wanemoisen  
Wastiakin waleli  
Nuoret raudasta rakensi;  
Reihet teroitti tärpäxi/

A 2

Tär-

a) Præterquam quod Fenni, nostro tempore curam minime vanam & inutilem in venatione ponant, testatur Tacitus, quoque vestitu pelles inserviisse iidem & in sagittis quem uincere sitam fuisse, quas in primis inopia ferri, ossibus afferarint.

Tårpåri tåki tåräxest /  
 Kitwen kowaisen muotoisexi;  
 Tållå hongan havoitin hupian /  
 Tållå kynnia kypsen pellon /  
 Tållå congon korwesa /  
 Pistoil cowil cohwaishu /  
 Tållå linnun lennosa /  
 Besiskin Calan Cawalan /  
 Saimen satin samehen.

Ex his satis superque patet, Fennonum *Wainemoinen* fuisse *Vulcanum*, & de quo valent omnia quæ in mythologiis veterum, vulcano tribuuntur. *Ilmarinen* Fennonum, *Aëolus* vero fuit. In hisce runis aperte etjam ostenditur illum imprimis docuisse homines artem confiendi chalybem & instrumenta ferrea. Artem magicam per hyperboreum orbem præsertim fennones ab antiquissimis temporibus calluisse, omnibus fere, quibus nomen eorum innotuit persvasum est. Quoniam vero ars magica apud pris eos maxima fuit dignatione, & plures artes & scientias præcipue illas, quæ ad solidiorem naturæ cognitionem ducunt, complexa est. Ex his augurari licet, fennones nostros sub gentilismo haud vulgares in iis, quæ ad mineralogiam pertinent, fecisse progressus. Facile evincitur etjam ex frequenti usu ferri, æris & argenti exhibiti tam ad arma quam utensilia, quantum illa metalla in magicis incantationibus & runis mythologis.

logicis prisca gens fennica prosecuta sit elogiis. Cum immanni & inusitato labore, corpora sua munire conservaverunt, hisce metallis etiam præcipue usi sunt. Quod sequentes locutiones magicæ fennorum, satis superque indicant.

## N:o 2.

Waipa wanhan Wainemoisen,	Zonga tappelen taloa
Käpu kauko Lappalaisen,	Neitâ laulau tullesani
Sepâ tâne tuotuwohon,	Tâsâ pâwen tappeluhun,
Gurisid soti fedoilda,	Ettei Miestâ Lyjy lôisi
Wari wanhin Taitwahinen,	Tina palli paikajaisti.
Tee mul kirvinen mieka,	Mieka raudasta rakettu
Taika rautanen rakenna,	Eli wäfesta walettu
Itet Ilmainen Jumala,	Eli hohtava hopea.
Pane kiwi kilvereni,	Itet Ilmainen Jumala,
Vaasi paru paidayeni	Nauta raswari rakenna,
Zonga suojsa sotinen,	Terâ kânnâ kâppyrehan ec.

Ex his satis patet, fennones in primis usos suis se armis lapideis, deinde ferreis, æreis, immo & ad ostentationem argenteis & tandem globulis stanno atque plumbo confectis, e bombardis explodendis. Notatu dignum etiam videtur, inter spissas barbaræ cordiaz tenebras gentem nostram aliqualem veri summiq[ue] DEi notitiam habuisse. Vocat hunc Wari Wanhan Taitwahinen / id est: Patrem antiquum cælestem. Eodem modo Ibaletem, appellasse DEum περι-  
butas.

*Θεοτόκη, τῶν οὐτών, testis est Laërtius l. 35, 36. qui Platonis, ut ex Timeo constat, dicebatur, πάτερ καὶ ὀμιλεύος τὰ κοσμικά. Quae omnia fere consona sunt S. Scripturarē, ubi Deus Dan. VII. 9. & 22. dicitur antiquus diērum & Cap. II. 28. annos Dīi non consumtum iri. Quae αὐθεοποιαθεαὶ sunt dicta θεοπεπτωται autem explicanda, nihil aliud evincunt, quam Deum esse aeternum. Praeterea fit invocatio DEi heic non sine emphasi repetitis vicibus, hoc modo: Itēk Ilmainen Jumala / id est: ipse Tu operum tuorum manifeste Deus. Dicitur ipsis Deus, quemadmodum Hebræis ἡν, a potentia; estque hæc ratio, cur Deo Jumala potestatem tribuerint in DEos inferiores & medioxummos cæterasque res omnes præfertim mala averuncandi.*

## §. III.

Plurimi Eruditorum, argumentis haud probabilibus probare satagunt, æs prius quam ferrum innotuisse, quodque præcipue concludunt e crebriori illius usu veteribus admodum familiari; quippe quibus idem metallum, non tantum ad arma sed etiam ad alia utensilia fuit usurpatum. Fennones vero nostros quod attinet, testimoniis quæ nimiam sapiunt antiquitatem, evinci potest, ferrum non modo in hisce septentrionalibus Oris excisum, verum etiam in agricultura, venatione & piscatura, imo & in armis usum ejus prius quam æris invaluisse. Minera lacustris & palustris ferri, qua abundat fennia nostra, ubique oculis illorum obversabatur. Limosa hacce materia e locis palustribus eruta, primas suas fecerunt eliuationes ferri,  
quod

quod ferrum deinde svtice **Myrimalm** / fennice vero  
**Raudan ruostet mulda** appellatum est. In antiquissi-  
mis runis fennicis etjam non modo minera & ferri  
natales, verum etjam diversæ ferri species & origo  
chalybis, rotundis verbis delineatur, quod præter alia  
Antiquitatum monumenta, sequentes comprobant ru-  
næ, quas nobis communicavit Propræfectus Biblio-  
thecæ, Præclarissimus D:nus *Gabriel Portkan*.

N:o 3.

Muorest on weden sifia.  
Tulen syndy Taiwahasta.  
Raudan syndy ruosiehesta.  
O sinuas ranta raucka,  
Kyllä tieden kusta tulit,  
Kusta syvvit ja sikeisit.  
Tuolda tuli rauta raucka,  
Suon sisälä maan nawalda  
Masta lessi korkiasta.

N:o 4.

Oho sinua ranta raucka,  
Etsi silloin suuri ollut.  
Etsä suri eile pieni,  
Kuin sähua suosta sotkettihin.  
Wetelästä wellottihin.  
Saatihin sarven seesta.  
Kokonansa kolme Neitää.  
Kolo kolme morsianda,  
Lypsi maale maitoahan  
Tiputti nisuxiahan.

Yri lypsí mustan maidon  
Ruka lypsí mustan maidon?  
Yri Nieto Vanhimmainen;  
Sijt on tehty melto rauta  
Toinen walkian walotti;  
Kukas walkian walotti?  
Yri Neite keskimainen

Sit

Sit on kehty råsa rauta;  
 Kolmas weren soliaisen/  
 Sit on kehty teråret. n.

Verba, tulen syndy Taitwahasta/ Wuoresta sve-  
 den sifid indigitant olim fennonum Poëtas in suis my-  
 thologiiis eandem de origine ignis foivile sententiam  
 ac alii veterum Poëtæ, qui fingeabant ignem Diis pro-  
 prium primitus fuisse, & deinde turtim cœlitus a Pro-  
 motheo subductum, demum in terras delatum esse. A-  
 qua vero, quæ montium proles heic vocatur, forsitan  
 denotaverint aquas subterraneas, e montium visceri-  
 bus propullantes.

#### §. IV.

Ex his allatis antiquitatum monumentis facile jam  
 est intellectu, quæ metalla in hac parte orbis primi-  
 tus usu venerint. Ferrum scilicet, cuprum b) & ar-  
 gentum, quorum etjam nomina in idiomate fennico  
 efferuntur, sed quod ad plumbum, stannum & reliqua  
 metalla attinet, nomina non modo svecica illis a fen-  
 nis imposita sunt, verum etjam postea, cum sveco-  
 rum familiaritati admoveri cœperunt, usum horum  
 metallorum in fennia invaluable, quam maxime pro-  
 babile est. An vero aurum & auri mineræ in hac  
 plaga orbis septentrionali sub gentilismo jam fennis  
 innotuerint, res est altioris indaginis. Quod fennia  
 olim fuerit aurifera, id rotundo ore testatur *Agricola* c)  
 atque

b) *Orichalcum* in Carelia & Savolaxia lingua fennica *Ras-*  
*sari wästi* vocatur. c) *De V. & N. Met.*, Lib. II,

atque etiam, inquit, in fennorum regione, quam Finmarchiam nominant, in qua dominatur Rex Svedorum, reperitur aurum. De Biarmiensium, qui fennice erant originis, Deo, dicto Jumala/ narrat. Sturlesonius C. 244. quod ornamentum magnum ex auro, pendens ex torque habuerit in collo. Perhibet etiam Schefferus in descriptione Lapponiae Cap. XXXII. pag. 367. venam quandam in Lapponia fuisse inventam, quæ putata est continere aurum. In finitima nobis Norvegia olim erutum est aurum. Nihil ut dicam de mineris argenti, cupri & ferri septentrionis, immo & variis lapidum generibus, in quibus auri vestigia reperiuntur. Et quid multis? de B. M. Provinciæ Gubernatore D:no ABR. CRONHIORT constat, illum in literas retulisse, auri indicia hic in Finlandia, in parœcia Perno Nylandiæ, fuisse inventa. Servat etiam Templum hodiernum calycem argenteum deauratum cum patina, sacris usibus adhiberi solitum, in quo cum inscriptio-  
ne, *Agnus Dei & apposito A:o 1612.* superius hæc leguntur verba: *Detta gul oc sôlf är färsta probet af berget i Forsbyn uti Perno Sokn, uthagit d).* Hoc pri-  
mum est specimen auri & argenti, e monte ad pa-  
gum Forsby in parœcia Perno eruti.

## §. V.

Inter varia illa adminicula & indicia, quibus me-  
talla & absconditi detegi possunt thesauri subterranei,

B vir-

---

*d)* Dissert. Historicam Officinarum Ferrariarum in Fin-  
land. delineationem continens, Auctore Michaël Grubb p. 7.

virgula divinatoria svtice **Slagruta** / jam antiquioribus temporib⁹ innotuit. Originem hujus virgulæ, *Agricola e), Löneyser f), Schvenkfelt g), Libavius b)*, imo & alii argumentis haud probabilibus ex magorum consuetudine deducunt, qui ad præfagienda futura, virgas virtute magica pollentes adhibebant, ut hoc etjam patet ex *Tacito*, de moribus Germ. Cap. 10. Inter orbis septentrionalis heroas, qui ab antiquissimis temporibus arte & marte insignes fuere, omnium maxime magorum præstigiis inclaruit *Odinus*. Præter alia, quæ de illo jactantur mirabilia, sagax ipsius ingenium etjam ideo extolitur, quod metallæ & opes terra absconditas eruere potuerit; a *Sturlonide* Cap. VII. **V. S.** hæc ejus virtus & sagacitas hisce describitur verbis: *Odin wisse um allt Jardse / hwar folgid war;* oc han kunne dau Liod er upplaukst fyrer honom Jora din oc Bidrg oc Steinar oc haugarner. *Odino omnes divitiae, in terram, quocunque tempore defossæ, homi-* numque sensibus subtractæ in numerato erant. *Talia insuper carmina sibi cognita habuit, ut cantante ipso,* terra, montes, saxa & tumuli aperirentur. Fennones nostros hanc, magiæ macula, notatam artem sub gentilissimo calluisse, eo magis etjam probabile est, quo certius constat, famam magicæ gentis nostræ hyperboreæ tantam antiquitus fuisse, ut nulla alia gens huic, in isto exercitio, par unquam fuerit credita. Præterea

---

e) De re metallica Lib. II. pag. 27. f) Metallogr. pars I. pag. 14. g) Stip. fil. Libr. I. pag. 57. b) Hexahem, Libr. IV. pag. 350.

ea sequentes vetustæ runæ fennicæ, magicæ incantationis, quas mihi Celeberrimus Dominus Præses benigne communicavit, satis superque ostendunt antiquissimas fenniæ incolas tali præditos fuisse ingenii sagacitatem, qui arte mineras reperire & virgula divinatoria venas metallorum perquirere noverint.

## N:o 5.

Tule, Siden heimolainen,	Aldon kivet corkiammat
Wuorten haldia hupia,	Wuorten awa ainehet,
Mainemoinen, walsian walos,	Arnet mullista mulista
Wuori arpæl arpelaman,	Wäfistekin wettale,
Arni hautoi hawiseman.	Kyll on kulta kallioisa
Maita matkustaman mandereita.	Kiwisä Hopia Hohtawa,
Nokot wuortenkin waeldaman.	Suosa ruostetta raudaxi
Luula runno rohkiasti	Onpa wässäkin waschia.

In hisce runis non modo expresse mentio fit virgulæ metalloscopicæ Wuori arpa / & usus ejus ad venas metallicas, auri, argenti, ferri, & cupri inveniendas, verum etjam haud obscure intelligitur, quod virgula hacce etjam inserviverit detegendis varii generis thesauris terra absconditis. Ad materiam hujus virgulæ quod attinet, vulgaris & usitatissima quidem illa fuit ex corylo annetino aut bienni, unius fere ulnæ longitudine & unius digiti crassitate ne flatu venti moveretur. Ex virgulis vero iis divinatoriis, quæ adhuc apud fennones sylvicolas interdum inveniuntur & conspici possunt, concludere licet, virgulam hanc fennonum non fuisse bifurcatam, sed in longum por-

rectam, quam in æquilibrio super partem exteriorem palmæ manus imposuerunt, ut, cum is, qui illa ute-  
retur ad venas metallorum vel absconditos thesauros  
venerit, illa deorsum versus terram vergeret, & lo-  
cum feriret, ubi vel metalla vel thesauri reperi-  
tur. Præterea notum est, in fennia adhuc inveniri  
homines a cultiorum confortio remotiores, quos vul-  
gus *Lietahåt*, *Wissfinnar* appellant, qui tradunt se o-  
pe hujuscemodi virgulæ, non tantum latentia metalla,  
sed & furta & patres naturales filiorum expositorum,  
itinera proficiscentium & sexenta alia detegere; quæ  
vero omnia mirabilia, ex ovo similia sunt ea inaudi-  
ta, quæ virgula sua divinatoria præstitisse sibi visus  
est, Rusticus quidam Gallus *Jacobus Aimar* circa an.  
1693, totum simul orbem eruditum suo artificio per-  
cellens, & de quo haec verba leguntur, apud D. BAY-  
LEUM, *Dict. H. 6. Art. Abaris p. 3.* *Il de couvre non seu-  
lement Les tresos, Les metaux, Les bornes, Des cbam-  
pes, Les larons & Les homicides, mais aussi Les adul-  
teres d'un & de l'autre sexe.* At detecta deinde *Ai-  
mari* fraudulentia, ipsi & aliis circulatoribus damno  
fuit, larvæque hæ umbratiles, nostro ævo jam pror-  
sus denudatæ sunt.

### §. VI.

Quemadmodum sub gentilissimo maxima pars re-  
gionis fennicæ inculta jacebat, & pleræque soli hu-  
jus dotes adhuc latebant absconditæ; ita aboriginum  
nostrorum hoc tempore proprium fuit absque domi-  
bus in silvis & nemoribus versari & inter dumeta &  
vastas

vastas solitudines feras agitare; adeoque nec mirum si apud illos ubi omnium deliciarum & epularum nulla fere erant vestigia, non plura indicia artis chemicæ & Mineralogicæ inveniamus. Fennonum heroas & Dominos Rostioffum & Attinum fert quidem fama, Cræsi divitiis abundasse, sed magnam auri argentique copiam non nisi per direptiones quaquaversum factas illos colligisse indubia testantur veterum scriptorum monumenta. Sic commemorat Sturlonides quod etiam *Finnurus Arnonis filius sive Fin-arnasson*, una cum sociis *Gottbormo Gunbildis* filio, atque *Haquinus Ivari* filio, excursiones piraticas in ipso mare occidentale longe lateque provexerint *i).* Ex ritibus eorum sepulturæ neque indicia quædam artis chemicæ vel mineralogicæ colligere possumus. Gentis enim Fennicæ sub paganismo hæc sepeliendi fuit consuetudo, quod mortuorum integra corpora sub tumulis lapideis, fennice *Kivitauniot* / reponebantur. Quæ apud Gothos cremandorum cadaverum, tempore *Odini* usus increbuit, illa fennis non erat propria; interim suspicio hujus ritus apud fennos usurpati, oriri cuiquam potest ex urna sepulcrali ante aliquot annos in parœcia *Birkala* e terra eruta, quam nobiscum communicavit Spectatissimus *Geotheta Daniel Hall*, cujusque heic innotis fit mentio *k)*, & de qua frustulas quasdam Celeber-

*i)* Hist. Reg. Hær. Cap. 46. p. 108. *k)* Tillsäligt vis blef mig om Sommaren år 1762 berättat, huru som några personer här i Birkala Sockn och Harju Capellgård, under förmordan af något Penninge-fynd företagit sig, qt Rasera en af

leberrimus D:rus Præses in suo lithophylacio possidet. Diameter hujus urnæ sepulcralis septem fuit digitorum Geometricorum & materia e qua confecta erat constabat argilla rudi plastica particulis crassioribus, in qua immixtae particulæ psamniticæ vel arenosæ adhuc conspici possunt. Simplicitatis artis figulinæ sub Gentilissimo hoc est testimonium luculentissimum; urnam tamen hanc igne calcinatam fuisse, rubedo argillæ in fracturis urnæ, & aliæ circumstantiæ satis superque ostendunt.

de här i Landet befinteliga Lapp-stenrösen, eller på Finska så kallade Lapin-rauniot. Rettigighet och nyfikenhet gaf mig sedermera anledning at närmare undersöka beskaffenheten af den samma. Jag begaf mig således i Junii Månad samma år til Holmen Reuharin sari, belägen under Tjemis Rasthäll, hvareftest Stenrösan var. Vid ankomsten befans Stenröset öfver hälften kultkastat, hvartsdöre jag ock hade mindre mōda, at upgrävva de öfverblefne stenarne af större och mindre storlek, hvareibland då befans åtskilliga sonderslagna stycken af en Urna, hvilka sammanpåhade formerade en skapnad, liknande en runder Krux, hvars Diameter efter uträkning befans haftwa warit i det närmaste Sju Geometriska Tum: Materien syntes vara af en allmän Lera inblandad med något grof sand, och tyktes därpå röja sig ånnu märken och intryc eftir finger-åndarne, ofelbart tilsomma under Karillets förfärdigande, då ämnet warit fuktigt och vext.

Birkala den 6 Augusti 1763.

DANIEL HALL,  
Commissions Landtmätare.

S. D. G.

\*\*\*      \*\*\*      \*\*\*